

TAB. ANATOM. EUSTACHII

Figura V observandam proponit linguam 47. 26. cum epiglottide 43. 36. Advertatur verò series fibrarum, quae rectà à linguae basi in epiglottidis dorsum feruntur, quaeque à clarissimo Morgagno ligamentum medium appellatae sunt in suis Adversariis Anatomicis. Hujusmodi autem ligamentum cadit sub 44. ½ 34. & conferre plurimùm videtur ad epiglottidis elevationem. Sinistrum verò ex lateribus ossis hyoidis ligamentum apparet sub 46. 34.

Os hyoides 46. 37., potissimùm verò glandulae 45. 32., quae sterili Eustachii aetate ab aliis Anatomicis nondum detectae fuerant.

Figura VII. cartilaginem exhibet cricoïdem seu annularem anteriori face.

Figura VIII. eandem cartilaginem lateraliter.

Figura IX. latus patefacit dexterum thyroidis 75. 19. ; cricoïdis pariter dexteram faciem 83. 16. ; epiglottidem 71. 20.

Figura X. cartilaginem cricoïdem posteriori facie visendam proponit.

Figure XI. exhibet dimidium, hoc est dexteram, internamque partem capitis laryngis, ut scilicet unum ex orificiis ventriculorum ejusdem laryngis veniret in apertum. Nam quum Eustachius Galeni, ubi vera proposuit, gravem, assiduumque vindicem se praebeat ; quumque ab Anatomicis aetatis suae praetermissa tum orificia, tum ventriculos, quorum Galenus meminit, animadvertisset ; jure merito iconem hanc primus nobis exposuit. Agit autem Galenus de orificiis, et ventriculis laryngis 7. de usu part.cap.13. , easque particulas elegantissimè ad naturae modulum stylo suo depingit. Inquit enim *Ne id quidem est à natura improvidè*

La Figure 5 propose d'observer la langue (47.26) avec l'épiglotte (43.36). On peut remarquer une série de fibres qui se portent directement vers le dos de l'épiglotte depuis la base de la langue et qui ont été appelées ligament médian par le très célèbre Morgagni dans ses *Observations anatomiques*¹. Or un ligament de ce type se présente en (44½.34) et semble contribuer beaucoup à l'élévation de l'épiglotte. Quant au ligament gauche, il apparaît sur les côtés de l'os hyoïde en (46.34).

Os hyoïde (46.37), et surtout petites glandes (45.32) qui, à l'époque peu fertile d'Eustache, n'avaient pas encore été découvertes par les autres anatomistes.

La Figure 7 présente le cartilage cricoïde, à savoir le cartilage annulaire, en vue antérieure.

La Figure 8, le même cartilage vu de côté.

La Figure 9 fait apparaître le côté droit du thyroïde (75.19) ; de la même façon la face droite du cricoïde (83.16) ; l'épiglotte (71.20).

La Figure 10 propose une vue postérieure du cartilage cricoïde.

La Figure 11 présente la moitié, c'est-à-dire la partie droite et interne, de la tête du larynx, de toute évidence pour que l'un des orifices des ventricules du même larynx apparaisse à découvert. Car comme Eustache s'offre en défenseur sérieux et assidu de Galien quand les propositions de celui-ci sont vraies, et comme il avait remarqué que tantôt les orifices, tantôt les ventricules dont Galien fait mention avaient été omis par les Anatomistes de son temps, c'est vraiment à bon droit qu'il a, le premier, exposé pour nous cette image. Or Galien traite des orifices et ventricules du larynx au livre 7 du *De la fonction des parties du corps humain*, chapitre 13, et dépeint très élégamment à sa manière ces petites parties, conformément à la nature. Il dit en effet : « Et ce fait n'est même pas dû à une nature inconsidérée qui,

¹ L'ouvrage mentionné ici est le *Adversaria Anatomica prima*, paru en 1706 à Bologne.

TAB. ANATOM. EUSTACHII

<p><i>factum, quae foramen in utraque lingulae parte unum fecit & foramini ipsi parte interna ventriculum apposuit non parvum.</i> Persequiturque deinde inferius diligentissimam harum cavitatum descriptionem, dum ait : <i>Circa principium foramen utrinque occurrit, praelongum supernè deorsum instar lineae cujusdam angustae ; tametsi ipsum non est angustum sed membranosa labiorum substantia velut procidit in subjectam cavitatem ; quo fit, ut rima, ac fissura quaedam potiùs, quàm foramen appareat, antequam orificia sint patefacta, quibus adaperitis planè & ipsum jam apertum, & subjecta ipsi cavitas aperta cernitur.</i></p> <p>Horum quoque orificiorum figuram elegantem planè suis in Adversariis edidit clarissimus Morgagnus Tabulâ II. Figurâ II & III ; in IV verò sinistrum ventriculum à complectentibus illam particulis diligenter vindicatum exhibet.</p> <p>Sed ad nostrum revertentes institutum, observamus Figura hac XI. dissectam per medium laryngem, cujus epiglottis cadit sub 70. 42. , thyroidis cornu dexterum 70. 50. , aryaenoidis dexteræ pariter superior pars 73.45, orificium verò ventriculi dexteri 77. 41. ; item cricoidis pars dextera 83. 44.</p>	<p>dans chacune des deux parties de la languette, a fait un seul foramen et apposé au foramen lui-même, dans sa partie interne, un ventricule qui n'est pas petit ». Il poursuit ensuite plus bas la description très minutieuse de ces cavités, en disant : « Près de l'endroit où elle commence, se présente, de chaque côté, de haut en bas, un foramen très allongé, à la façon d'une ligne étroite, sans être pour autant étroit lui-même, mais le tissu membraneux de ses lèvres s'étend pour ainsi dire jusque dans la cavité placée en dessous ; cela fait que ce qui apparaît est plus une fente et une fissure qu'un foramen, avant que n'aient été dévoilés les orifices grâce auxquels, une fois qu'ils ont été bien ouverts, on distingue totalement à la fois le foramen lui-même déjà ouvert, et ouverte la cavité qui est en dessous de lui.</p> <p>Le très illustre Morgagnus a aussi publié dans ses <i>Observations Anatomiques</i> une représentation tout à fait élégante de ces orifices, Planche 2, Figures 2 et 3 ; quant à la [Figure] 4, il y présente le ventricule gauche, dégagé des petits éléments qui entourent cette cavité.</p> <p>Mais pour revenir à notre propos, nous observons dans cette figure 11 le larynx coupé en deux, dont l'épiglotte se présente en (70.42) la corne droite du cartilage thyroïde en (70.50), ainsi que la partie supérieure de l'aryténoïde droit en (73.45) ; quant à l'orifice du ventricule droit, en (77.41) , de même, la partie droite du cricoïde en (83.44).</p>
---	---

(Traduit par Marceau André, Juliette Collet, Constance Guyonvarc'h, Héloïse Jean, Jeanne Leau, Jeanne Le Bourhis, Chiara Jambon, Marie-Liesse Vallet, Manon Ledecq, Chloé Pilard, Tifenn Toxé, Maela Vasseur, Marie Vigier, latinistes de T^{ale} du Lycée La Providence, Saint-Malo ; Prof. : N. Tirel)